



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Christus Dominus ex Virgine Deipara, tanquam ex suo Throno procedens, fulguris vocis, & tonitruui appellatione apte potest intelligi, n. 38

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

sua beneficijs famosa est in mundo, quæ tam famosa est de unico beneficio circa Theophilum exhibitæ ait Bernardus; Famosum summa tuæ benignitatis testimonium est, per te restauratus Theophilus, ô Maria. hæc Bonaventura.

Quòd si odorem fructus huius agri pleni ad Christum cum Bernardo homil. 3. super missus est referre velimus, id quoque in Virginis laudem, quæ est ager, vbi hic fructus odoriferus ortus est recidere certum est. Quare Bernardus loco citato loquens cum Virgine: Benedictus, inquit, fructus veniritus, benedictus in odore, benedictus in sapore, benedictus in specie: Huius odoriferi fructus fragrantiam sentiebat qui dicebat: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. An non verè benedictus, cui benedixit Dominus? sic Bernardus, cui consonat Bonaventura in speculo B. Virginis, capite 5. vbi agens de odore Christi, qui est fructus ventris Deiparæ, sic ait: Iste quoque fructus odore incundus est deuotus animabus, quod bene senserat beatus Ioannes Apostolus, qui Domino dixit: Odor tuus in me concupiscens excitaui aternas: ô anima si odorem huius fructus sentires, nonne post ipsum curveres? sicut dicitur Canticorum 1. Curremus in odorem unguentorum tuorum. hæc Bonaventura, qui in eodem speculo cap. 14. citat, & sequitur Bernardum in explicatione odoris agri pleni.

CHRISTVS DOMINVS EX VIRGINE Deipara tanquam ex suo throno procedens, fulguris, vocis, & tonitruus appellatione apud potest intelligi.

38 Possumus & tertiam subiungere explicationem, vt per tria illa, fulgura scilicet, voces, & tonitrua, quæ de throno procedebant, intelligamus ipsum Christum ex vtero matris tanquam de throno procedentem; Christus enim fulgur, & vox, & tonitruum appellari potest Neque id mirum videri debet, si attendamus Viginem sanctissimam sub typo nubis, vnde fulgura, & tonitrua existunt mystice interdum significari: nam & ipsa, vt cap. 3. probauimus, Isai. 19. Nubis leuis, & Eccl. 24. Columna nubis, & Psalm. 77. Nubes dicitur Quare Methodius oratione in hypantem Domini Deiparæ partum virginem, & clarissimum fulgurationis metapho-

ra exprimens: Fulgurasti, inquit, ô Genitrix, suauia nobis dona producens, fulgurasti luminis solaris ardentissimis facibus feruentissimæ nempe dilectionis astu, quod ante principium conceptum fuerat in sine pariens, palam faciens occultum easenus sacramentum, ineffabilem invisibilis patris filium, pacis sequestrum, & admirabili quodam modo omni breuitate minorem factum. ita Methodius. Epiphanius verò sermo de laud. Virg. Aue, inquit, gratia plena multis virtutibus excornata Virgo in lampade gestans lucem inextinguibilem sole splendidiorem & iterum: O Beata, inquit, Virgo, nubes es lucida, quæ fulgur lucidissimum ad illuminandum mundum deuixisti Christum, Nubes cælestis, quæ tonitruum Spiritus sancti in se ipsa reconditum reduxit in mundum, & imbrem Spiritus sancti in vniuersam terram ad producendum fidei fructum cum impetu demisit: hæc Epiphanius.

39. Sed age videamus quomodo Christus Dominus sub fulguris, vocis & tonitruus appellatione intelligatur. in primis Christus lux est mundi, & veluti fulgur coruscans, simul etiam Verbum est Patris, & tonitruum, quo demonis potentia terribiliter ad nihilum est redacta, quod breuiter sic demonstratur. Christus, inquam, est lux vera, quæ illuminat omnem hominè venientè in hunc mundum. & est lux mundi, vt ipse dicebat Ioan. 8. & Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloria, & Sap. 7. Candor est lucis aterna: ideo Luc. 1. in Cantico Zachariæ Christus veluti splendidissimus oriens ex alto, dicitur illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. If. 62. Propter Ierusalem non quiescã, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur; & quidè de incarnatione hunc locum intelligit Cyrillus Alexand. lib. 10. in Isaiam: Salutare, inquit, Dei quid aliud, quam Verbum Patris, qui ob salutem humani generis carnem assumpsit? ita namq; per Isaiam ait, Videbunt genitrici iustitiam meam, & salutare meum sicut lampas accendatur. hæc ex Cyrillo. Et quod magis ad rem nostram facit, alij ex hebraeo legunt: Donec egrediatur sicut fulmen iustus meus. Sanè Christus lumen est cælestis Ierusalem indeficiens. Propterea Ioannes in Apocal. 21. Illa cælestis Ciuitas non eget, inquit, sole, neque luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius est Agnus.

40. At beata Virgo hanc lucem peperit ideo figuratur in Esther 10. vbi sic legitur. Partus B. Virgo

Epiphanius

Christus fulgur & lux mundi

Ioan. 8. Hebr. 1. Sap. 7. Luc. 1.

Isa. 62.

Cyrrillus Alex.

Isa. 62.

Apoc. 21.

Esther 10. Partus B. Virgo

- est fons lucis.** fons, qui crevit in fluium, & in lucem. solemq; conuersus est, & in aquas plurimas redundauit. *Esiher est. figurari etiam potest in aquis illi Josue 15. quæ vocantur Fons solis. Ideo Damascenus or. 1. de natiuit. Virg. vocat eam Portam vitæ, Fontem lucis, quo nomine eam vocant complures alij. Epiphanius loco citato his verbis: O Virgo sancta lucis aterna Mater lucis, inquam, quæ in coelis illuminat copias Angelorum: lucis, quæ illuminat ipsorum Seraphim incomprehensum oculum: lucis, quæ illuminat solem splendidi facibus: lucis, quæ fines terra illuminat ad credendum Trinitati: lucis, quæ dixit, Ego sum lux mundi: lucis, quæ dixit, Ego lux in mundum veni: lucis, quæ assumpta est, & illuminauit cuncta, quæ sunt in coelis, & in terra & iterum: O uerum habentem inextinguibile lumen septies laudatis gratia. huculque Epiphanius. Et Hesychius orat. 2. de S. Maria: Alius, inquit, cognominat eam Matrem lucis. & Chrysippus oratione ad Deiparam: Ave, inquit, fons lucis omnem hominem illum uans: Ave solis ortus, qui nullum ferre potest occasum. Hædofonius sermone 1. de Assumptione: Maria, inquit, secundum uerbum Hebraicum interpretatur Stella maris, Mare præsens seculum est, stella autem beata Virgo Maria, de qua ortus est ille, per quem illuminatur omnis mundus: Hinc securus accedite ad laudam Virginis, & illuminamini, quoniam ipsa est per quam uera lux in mari huius seculi refluxit. sic Hædofonius. Ecclesia in Missa in praefatione de beata Virgine hac eadem metaphora utitur illis uerbis: Quæ uirginitatis gloria permanente lumen æternum mundo effudit Iesum Christum Dominum Nostrum. Ephraim sermone de laudibus Virginis: Ave, inquit, stella fulgidissima, ex qua Christus processit: Ave per quam clarissimus sol iustitiae nobis illuxit. & uerum: uirginem Luciferam appellat. Cyrillus Alexandrinus libro de recta fide ad Reginas, refert uoces Episcoporum dicentium in hunc modum: Christum heri immaculatis parturitionibus parturientem salutem nobis. Maria uita genitrix, pulchritudinis diuiter, maximam Luciferam. sic Cyrillus.*
- 41 Et sanè Deipara iure appellari potest Ciuitas solis, de qua Isa. 19. In die illa, inquit, erunt quinque Ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Canaan, & iurantes per Dominum exercituum. Ciuitas solis uocabitur una & Ecclesia in Antiphona: Conceptio tua Dei Genitrix Virgo gaudium annuncians uniuerso mundo, ex te enim ortus est sol iustitiae. Ideo Ezechiel 44. B Virgo appellatur Porta Orientalis, quoniam ex Ambrosio de institutione Virginis cap. 7. Generauit Orientem, peperitq; solem iustitiae. Christus enim Zach. 6. & Luc. 1. appellatur Oriens, quod idem de porta orientali animaduertit Damascenus orat. 1. de Natiuitate. Hesychius orat. 2. de B. Virgine, ideo Epiphanius sermone de laud. Virg. Suspendam, inquit, miraculum mulier sole amicta, lucem in uulnibus gestans. & Fulgentius sermone de laudibus Virginis: Facta, inquit, Maria fenestra Cæli, quæ per ipsam Deus uerum fudit seculo lumen. Quod si accommodare uelimus Virgini illud Eccles. 24. Ego feci, ut in caelis oriretur lumen indeficiens, optime confirmantur ea, quæ dicimus, quæ uerba licet de diuina sapientia primario dicantur, Ecclesia certè pieraque ex eo capite ad uirginem quoque refert. & Hugo Cardinalis, & Carthusianus in illum locum mythicè de sanctissima Virg. id explicant.
42. Quod autem Christus uocis nomine significatur clarus est, quàm ut probatione egeat, ipse enim uerbum est Patris, quod in uero uirginis de eius purissimis sanguinibus caro factum est.
- Christum porò per tonitruum intelligi docet Gregorius lib. 29. moral. cap. 13. super illud Iob. 38. Et uiam sonantis tonitru. Quid per tonitruum, inquit, nisi prædicatio superni terroris accipitur? quem terrorem dum percipiunt humana corda quatuntur. Aliquando uero in tonitruo ipse incarnatus Dominus figuratur, qui ex antiquorum Patrum conueniente propheta ad nostram nostram, quasi ex nubium conuulsione prolatus est. Quæ uerba nos uisibiliter apparet, quæ super nos erant, terribiliter tonuit, unde & ipsi sancti Apostoli de eius gratia generati. Bonerges, id est filij tonitruum sunt uocati. hæc Gregorius. Sicut autem tonitruum mortales terret, & concutit, ita Christus benignissimus licet sui hostes tamen, suos terret, & uelut tonitruo perculos uentis, atque debellat. Psal. 2. Reges eos in uirga ferrea, & tanquam vas igni confringentes. & Matth. 21. de Christo lapide, quem reprobauerunt adificantes (dicit ipse Christus) & qui ceciderit super lapidem istum confringetur, super quem uero ceciderit, conuertetur. Et quidem huius tonitruum vim atque efficaciam cernimus in captiuis suis uinctis, quos in sanguine testamenti sui de iacu, in quo Christus non contra

monito non erat aqua eduxit. Item in principe tenebrarum Satana, quem fortior ipse superueniens ejecit foras, & alligauit, & vasa eius tulit. In orbe quoque terrarum, quem destructa idololatria, & demonum cultu flementibus, & ne quicquam contra nientibus per tot annorum spatia, Tyrannus ad Patris aeterni notitiam, & cultum deduxit.

Contra Anachristum Anichristum interficiet spiritus oris sui, & destruet illustratione aduentus sui de quo Isa. 11. Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium An non tonitruum & in passione sua, cum in hora comprehensionis suae hostes suos omnipotentis brachio terrae allisit. De quo Leo sermone 1. de passione illud, inquit, Christi verbum, Ego sum, manum illam ex ferocissimis congregatam, quasi quodam fulmine icu stravit, atque percussit, ut omnes illi auroes, minaces, atque terribiles retro acti corruerent. Quid iam poterit maiestas eius iudicantis, cuius hoc potuit humilitas iudicanda?

Leo. His adde Augustinum sermone 30. de tempore, de Infante Christo: Quid erit inquit, tribunal iudicantis, quando superbos Reges (id est Herodem) cum a terribili infans? Sane in nouissimo iudicii die Christus tanquam tonitruum percellat omnes impios, & deturbabit eos in ignem gehennae sempiternum. Quare Deut 32. Dominus metaphora fulguris vitat ad hoc propositum: Si acusero, inquit, ut fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis, & iis, qui oderunt me retribuam: inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, ac cruore occisorum, & de captiuitate nudati in micorum capitis. haec ibi. Quae omnia Christi contra impios terribilitatem & grauissimam peccatorum punitionem ostendunt.

Augustin. Quid iam poterit maiestas eius iudicantis, cuius hoc potuit humilitas iudicanda?

Christus tonitruum est in die iudicii contra impios Deut 32. inquit, ut fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis, & iis, qui oderunt me retribuam: inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, ac cruore occisorum, & de captiuitate nudati in micorum capitis. haec ibi. Quae omnia Christi contra impios terribilitatem & grauissimam peccatorum punitionem ostendunt.

43 Nec vero quisquam sibi blandiatur, quasi Christus fururus sit blandus iudex, minimeque seuerus, quod interdum in diuinis literis vocetur Agnus Ioan. 1. & Apoc 5. qui est animal mansuetissimum, & a natura vnguibus, cornibus, & dentibus, quibus caeterae animantes sauire solent, destitutum: etenim pauendam, atque formidabilem esse iram huius Agni, indicant verba illa impiorum, qui Apoc. 6. dicunt montibus, & petris: Cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum & ab ira Agni, quoniam uenit dies magnus ira ipsorum, & quis poterit stare haec ibi. Cui consonat illud de columba, quae Spiritum sanctum significat ex Ambrosio lib de iniuriis cap. 3. & 4. & est animal placidissimum caeteris vnguibus, rostro, & felle; tamen leuic. 25. Facta est, inquit, terra eorum in desolationem a facie ira columbae, & a facie furoris Domini Quibus aptissime accommodari potest illud Ambrosii de Noe, & Arca ca. 4. Neque irascitur inquit, Deus quasi mutabilis, sed ideo irascitur, ut exprimat peccatorum nostrorum acerbitas, quae diuinam meruerit offensam, tanquam eousque increuerit culpa, ut etiam Deus, qui naturaliter non mouetur aut ira, aut odio, aut passione ulla, prouocatus uideatur ad iracundiam. haec Ambrosius. Ita de ira Agni, & columbae animalium mansuetorum, quae Dominum significant, & eousque saeuisse legimus, ut tantam meritis terrorem, tantamque vastitatem peccatoribus attulerint.

Sed haec pauca de multis satis sint ad huius tonitroi vim aliqua ex parte indicanda. Quod enim spectat ad victoriam, quam Christus non minus gloriose, quam potenter de Satana reportauit, fuse agemus capite sequenti, ubi ostendimus Virginem sanctissimam per Christum filium suum uenenati serpentis caput penitus contriuisse.

Ioan. 3. Apoc. 5.

Tmendit ab ira Agni. Apoc. 6.

Ambros.

lerem. 25.

Ambros.

VIRGINIS DEIPARAE POTESTAS EFFICACISSIMA, & fortitudo inuicta ad omnes demonum vires funditus euertendas, sub typo tonitruorum a diuino throno procedentium, ac primo quomodo id effecerit gignendo Christum, qui Isa 27. dicitur, Gladius durus, grandis, & fortis depellaturus Leuiatan.

CAPVT XXII.

SVM MARIVM.

Christus per humanitatem a Deipara acceptam demonem uicit, nu. 5.

Christi daemonia victoria sub typo gladii Domini Isa 27. Vicitabit Dominus in gladio suo &c. super Leuiathan.

Pp 2

Quod